Lucanꝰ

Hij ſacri mores / hec duri immota catonis
Secta fuit / ſeruare modum finemqꝫ tenere
Naturamqꝫ ſequi patrieqꝫ impendere vitam
Nec ſibi / ſed toti genitū ſe credere mundo
Huic epule / viciſſe famen magniqꝫ penates
Submouiſſe hyemē tecto / precioſaqꝫ veſtis
Hirtam mēbra ſuper romani more quiritis
Induxiſſe togam venerisqꝫ huic / maximus vſus
Progenies / vrbi pater eſt / vrbiqꝫ maritus
Juſticie cultor / rigidi ſeruator honeſti
In cōmune bonus / fraus nulla catonis in actus
Surrepſit / partemqꝫ tulit ſibi nata voluptas

Explicit liber ſecundus.

Incipit liber tercius. Qui eſt de Inuidia Diffinitio Inuidie.

Capitulū primū.

Pãſtioꝰ

Peſſima res liuor totus letale venenuz
Qd mala ſola bonꝰ / qꝛ bō ſola / malignꝰ
Cōſiliū tacite preconcipit omne malignū
Effunditqꝫ palam quicqd concipit amarꝫ

Deſcriptio Inuidie ab effectu. Capitulū. ij.

Ouidius

Pallor in ore ſedet macies in corpore tota
Nuſqꝫ recta acies / liuent rubigine dentes
Pectore felle virent lingua eſt ſuffuſa veneno
Riſus abeſt / niſi quē viſi fecere dolores
Nec fruitur ſompno / vigilantibus excita curis
Sed videt ingratos intabeſcetqꝫ videndo
Succeſſus hominū / carpitqꝫ et carpitur vna
Suppliciumqꝫ ſuum eſt. ∴ ſors leto durior omni

De inuido qualiter cognoſcatur. Capitulum. iij.

ſ. Hꝛaci

Vi coram probat ∴ abſentē qui rodit amicū

Oracius

Qui non defendit alio culpante ſolutos

Qui captat riſus hominū/famāqꝫ dicacis
Fingere qui non viſa poteſt/commiſſa tacere
Qui nequit/hic niger eſt/hunc tu romane caueto
Inuidus alterius rebus marceſcit opimis
Inuidus alterius pro votis gaudet iniquis — Auianꝰ
Verior infelix et ſua dampna cupit
Ad mala ſola bonus/contra bona ſola malignus — Henricꝰ
Inuidus vt penas inferat optat eas
Proderit ille alijs qui ſuus hoſtis erit — Querulꝰ

Ꝙ potentibus ſoleat inuideri. Capitulū.iiij

Summa petit liuor perflant altiſſima venti — Ouidius
Summa petunt dextra fulmina miſſa iouis
Urit enim fulgore ſuo qui pregrauat artes — Oracius
Infra ſe poſitas extinctus amabitur idem
Quos odiſſe ſolent poſſunt et amare potentes — Iſengnꝰ
Nullus amat quem non carpere liuor amet
Excitat inuidiam virtus ∴ ſed ſi qua nocebūt — ∴ Dares
Diſce libens nichil inuidia ſublimius eſſe
Hic vtinam inuidia dignus que ſūma laceſcit
Quā preſens paſcit/extremaqꝫ terminat etas
Omnia non ceſſat carpe liuor edax — Pāphilꝰ
Inuidiam placare paras virtute relicta — Oracius

Ꝙ humiles ſuperioribus inuideant. Capitulū.v.

Liuor iners vicium mores non exit in altos — Ouidius
Utqꝫ latens ima vippera ſerpit humo

Ꝙ potentes ſibi inuicem inuideant. Capitulum.vi

Qui iam tam cauto detur prudencia iano — Otto
Lumine qui mentis ſic partem ſpectet vtrāqꝫ
Diſcat vt inſidias euadere temporis huius
Nulla fides regni ſocijs/omniſqꝫ poteſtas — Lucanꝰ
Impaciens conſortis erit Sed ∴ ſtare negatur — ∴ Alanꝰ

Occaſum paciens in ſe diuiſa poteſtas
Bñ.pal. Vix viuunt aliqui quicumqꝫ vocantur amici
Vt poſſint vere firmum ſibi fedus habere
Eſopus Tutorem retinere ſuum tutiſſima res eſt
Nam ſi tutor abit/hoſtis obeſſe poteſt

De effectu concordie. Capitulum. vij.

Hinricꝰ. Hoſtes diſſociat qui vult inuadere/poſſunt
Singula queqꝫ minus/multiplicata magis
Alanus Nam que nulla valet per ſe ſupplebit in vnũ
Coniurata manus/vt que nõ ſingula proſunt
Multa iuuent collecta ſimul/nam plurimus ampnem
Riuulus excreſcens gignit/ſcintillaqꝫ flammã
Multa parit/multuſqꝫ lapis concludit aceruum
Nos igitur liget vnus amor/liget vna voluntas
Vnũ velle liget/liget vnum nolle magis nos
Cetera ſi pacis normã ſeruare tenentur
Litus arat ſolidum nõ proficiente iuuenco
Scindere qui ſtabilem fratrum molitur amorem.

De effectu diſcordie. Capitulum. viij.

Idem. Si noſtram pacem diſcordia diſſuit/ymmo
Rumpit/noſtra perit virtus/ſubeunte ruina
Cum nobis donet concordia robur adultum
Diſſenſus noſter vires exhauriet iſtas
Otto Cumqꝫ relatiuũ natura miniſtret amorem
Fratribus/inſtincti diſcordant ſepe nephando
Alanus Effectus medicina ſuos diuiſa recuſat
Acrior inſultus viciorum/turbaqꝫ maior
Nobis incumbet/ſi nos diuiſerit error
Poſtq̃ cementi rupit diſcordia muros
Hoſtili pungne muros exponit inermes
Defluet in mẽbra capitis iactura dolentis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De incōmodo Inuidie. Capitulū.ix. Otto

Peſſimus inuidie ſtatus / et ſors peſſima / que ſe
Atterit / et lacerat intabeſcitqꝫ bonorum
Aſpectu / ſoliſqꝫ malis gaudens aliorum Ouidius
Inuidia ſiculi non inuenere tiranni
Maius tormentū. Mouet et celeſtia quōdam
Corda dolor / lentoqꝫ irrepunt agmine pene
Juſtius inuidia nichil eſt / que protinus ipſum
Auctorem rodit excruciando ſuum

De fugienda Inuidia Capitulū.x. Otto

Quā prona ſuis acies / et prompta periclis
Que zelo furit inuidie / ſtimuloſqꝫ furoris
Addicit / in largos inflata ſuperbia faſtus
Inuidiam fugias que nata nocere / dolore Thobias
Leta / dolet letis / commoda viſa premit
Inuidiam nimio cultu vitare memento Catho ]
Qui ſi non ledit tamen hanc ſufferre moleſtum eſt

Ne quis cā curioſitatis ad conſiliū accedat Ca.xi.

Anxia conſilijᶜ .·. quādo omnes aula vocari Yſengrinus
Imperat / haut quoſdam curat abeſſe tamen
Certius eſt audire veni / dicendo venite
Rem tantū locuples proſpicit atqꝫ potens
Utile iuſſus opus promptu / carūqꝫ morando
Iniuſſus faciat / qui ſapit atqꝫ paret
Utilis et ſapiens vix toleratur inops

Ne quis ſecreta alterius ſcrutetur. Capitulū.xij. Oracius

Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis
Cur in amicorum vicijs / tam cernis acute
Quā aut aquila / aut ſerpens epidaurius / vt tibi ꝯtra
Euenit / inquirant vicia vt tua rurſus et illi
Archanū neqꝫ tu ſcrutaberis vllius vnquā

Auctor. Non aliquem potuit ſine culpa gignere mundus.

De fraudulentis. Capitulum. xiij.

Otto Nobilitas animi prorſus non nouit optum
Occultare malum/ſed ſtatim prodit ad ora
At cautus nequā tritus per crimina multa
Multiplici falera vultus tegit intima monſtra

Q in vna et eadē re diuſa p̄t eſſe intēcio. Ca. xiiij.

Catho. Quod tibi ſuſpectum eſt cōfeſtim diſcite quid ſit
Ouidi9. Eripit interdum/modo dat medicina ſalutem
Queqꝫ iuuet monſtrat/queqꝫ ſit herba nocens
Et latro/et cautus precingitur enſe viator
Ille ſed inſidias/hic ſibi portat opem
Diſcitur innocuas vt agat facūdia cauſas
Protegit hic ſontes īmeritoſqꝫ premit
Nil prodeſt/quod non ledere poſſit idem
Igne quid vtilius/ſi quis tamen vrere tecta
Comparat/audaces inſtruit igne manus
Omnia peruerſas poſſunt corrumpere mentes

Ne quis de re incerta iudicet. Capitulū. xv.

Auctor. Culpare in quocꝫ que non ſūt nota malignū eſt
Preſertim ſi que cognita ſunt/bona ſunt
Linquātur ſecreta deo/qui ſi q̄d optum eſt
Inſpicit/et nullis indiget indicijs
Ne fias iudex in facto fratris/vt vllum
De te iudicium non agat ira dei.

Q quiſquis ſuam ſcrutari debet cōſciēciā. Ca. xvi.

.·.Oraci9 Scrutari vicia ſociorum deſine .·. teipſum
Contuere/quotqꝫ tibi viciorum inſueuerit olim
Natura/aut etiam conſuetudo mala/namqꝫ
Neglectis vrenda filix innaſcitur agris
Perſius Vt nemo in ſeſe temptat deſcendere/nemo
Sed precedentis ſpectatur mantica tergo

Qz vicia aliorum quãdoqz ſint toleranda. Ca. xvij
Quam temere in noſmet legem ſanximus iniquã Oracius
Nam nemo vicijs ſine naſcitur/ optimus ille ẽ
Qui minimis vrgetur/amicus dulcis vt equum eſt
Cum mea compẽſet vicijs mala/ pluribus hiſce
Si modo plura michi bona ſunt inclinet/amari
Si volet/hac lege/in trutina ponetur eadem
Qui ne tuberibus proprijs offendat amicum
Poſtulat/ignoſcat verrucis ipſius equum eſt
Peccatis veniam poſcentem reddere rurſus
Pars hominum gaudet vicijs conſtanter ⁊ vrget
Propoſitum/pars multa natat modo recta capeſcẽs
Interdum prauis obnoxia iam michi dulces
Ignoſcent ſiquid peccauero ſtultus amici
Inqz vicem illorum patiar delicta libenter
Qz q̃ aliũ corripit ſeipſũ p̃us dz corripe. Ca. xviij
Tollere feſtucam ſi vis de fratris ocello Hedulis
Que tua turbauit lumina tolle trabem
Poſtq̃ꝫ purgatus fuerit tibi mentis ocellus
Vilius fratrum corda mouere potes
Nec poterat quiſq̃ꝫ feſtucam tollere ꝓuam
Ex oculo alterius / ꝓprio qui lumine grandem
Haret ineſſe trabem[1] Sua crimina queq̃z remordẽt[5]
Qualiť ſe quiſqz examinare debeat Capitulũ. xix.
Vir bonus et ſapiens qualem vix reppit vnum Virgili.
Milibus ex cunctis hominũ conſultus Apollo
Iudex ipſe ſui/totum ſe exploret ad vnguẽ
Quid proceres /vaniqz leuis /quid opinio vulgi
Securus /mũdiqz inſtar teres atqz rotundus
Externe ne quid labis per leuia ſidat
Ille diem q̃ꝫ longus erit ſub ſidere cancri

Quãtaq; nox tropico ſe porrigit in capricorno
Cogitat/et iuſto trutine ſe examine pendit
Ne quid hyet/ne quid perturbet/et angulus equis
Partibus vt coeat/nichil vt al[illegible] amuſſis
Sit ſolidu; q̃dcumq; ſubeſt/nec inania ſubtus
Non prius in dulcem declinat lumina ſompnum
Omnia q̄ꝫ longi reputauerit acta dici
Quo pretergreſſus/quid geſtu; in tempore/quid nō
Cur iſti facto decus affuit/aut racio illi
Quid michi preteritum/cur hec ſentencia ſedit
Quā melius mutare fuit/miſeratus egentem
Cur aliquē fracta perſenſi mente dolorem
Quid volui/quod nolle bonum foret/vtile/honeſtum
Cur malus ante tuli non dicto aut deniq; vultu
Perſtrictis quiſq̄ꝫ/ſic dicta per omnia facta
Aggrediens/ortoq; a veſpere cuncta reuoluens
Offenſus prauis dat palmā et premia rectis

## Ne quis ſe ſuſpectū exhibeat. Capitulū.xx.

Oracius Deme ſupercilio nubem/plerumq; modeſtus
Occupat obſcuri ſpeciem/taciturnus acerbi
Oderunt hilarem triſtes/triſtemq; iocoſi
Sedatum celeres/agilem gnauumq; remiſſi
Potores bibuli media de nocte falerni
Oderunt porrecta negantem pocula/q̄uis
Nocturnos iures te formidare vapores
Quidi9. Sepe tacens odij ſemina vultus habet
Catho. Suſpect9 caueas ne ſis miſer ōnibus horis
Nam timidis et ſuſpectis aptiſſima mors eſt
Hinric9 Si tibi vis credi prius exue ſuſpicionē
Nam ſolet excludi ſuſpitione fides

## De detractoribus. Capitulū.xxi.

Omne genus peſtis ſuperat mēs diſſona verbis — Eſopus
Cum ſentes animi florida lingua polit
Lingua ſuſurronis nos vergit ſimplice verbo — Aurora
Sed grauiter noſtrū cor vulnere pūgit acerbo
Verba coge ſequeris iunctura callidus acri — Perſiꝰ
Ore teris modico pallentes radere mores
Doctu et ingenuo culpam defigere ludo

¶ Quod ex vita p̄terita cognoſci p̄t fraudulētꝰ ⁊ detractor · c · xx ·

Simplicitas vei fraus ēq; puerpa falſi — Eſopus
Eſſe ſolent vite conſona verba ſue
Res caret illa fide que premeditata videtur — Querulꝰ
Inpreconſultum dicere vera putant
Derogat hic fidei male cum ſibi ficta coherent
Non tam vera fidem q̄ quaſi vera iuuāt
Scripta fidem firmant commendat pagina veruȝ
Falſa putabuntur que ſine teſte geris
Sordibus imbutos nequeunt dimittere ſordes — Eſopus
Fallere qui didicit fallere ſemper amat
Vitat auis taxum quā guſtu teſte probauit
Fallere vult hodie ſi qua fefellit heri
Sepe notam ſceleris prior infert culpa ſequentis — Otto
Preteriti racio ſcire futura facit — Eſopus

¶ Quod detractio etiā bonos vitupet · Capitulū · xxiij ·

Infamata ſtudet iuſtos · : detractio matri — .: Alexā
Filia liuoris / que cum bene facta negare
Non poſſit / quocumq; modo peruertere temptat
Et minuit laudes quas non abſcondere fas eſt
Quod ſentis virtute geri vis fraude negari — Amator ·
Qui notat innocuū ſceleris / qui proditionis — Alexād ·
Arguit inſontem / merito non creditur inſons
Nam reus vnde reum ſe nouerit illud acerbe

Obiciet/ſic iniuſte quãdoqʒ ligatur
Juſtus/et iniuſtos abſoluit curia mendax.

Qȝ non facile credendũ ſit dictis alicuius.c.xxiiij

Eſopus — Tempore non omni non omnibus omnia credas
Qui miſere credit/creditur eſſe miſer
Non ſatis eſt tutum mellitis credere verbis
Ex hoc melle ſolet peſtis amara ſequi
Oracius — Nũꝗ te fallant animi ſub vulpe latentes
Catho. — Quod tibi ſuſpectum eſt confeſtim diſcute quid ſit
Namqʒ ſolent primo q̃ ſunt neglecta nocere
Proſpicito cuncta tacitus quod quiſqʒ loquatur
Sermo hominũ mores et celat/et indicat idem
Demiſſos animo/et tacitos vitare memento
Hinric⁹ — Eſt facilis falli mens fallere neſcia/falli
Simplicitas facili credulitate ſolet
Pãphil⁹ — Crede/ꝗ interdum multis mendacia proſunt
Et quãdoqʒ nocet omnia vera loqui
Catho. — Noli tu quedam referenti credere ſemper
Exigua eſt tribuenda fides/qui multa locũtur
Rumores fuge ne incipias nouus auctor haberi
Auian⁹ — Nemo cito admotas verbis fallacibus aures
Impleat/aut veterem deſinat ante fidem
Hinric⁹ — Credulitas feſtina nocet/conſueuit habere
Effectus fragiles impetuoſa manus
Otto — Explicat intuitus breuiter quo fama laborat
Certa fides oculi breuis eſt/iniuria ficti
Mendaceſqʒ facit pro veris fama perorans.

De vitanda garrulitate. Capitulum.xxv.

Catho. — Virtutem primã eſſe puto compeſcere linguaʒ
Proximus ille deo eſt/q̃ ſcit ratione tacere
Ouidi⁹. — Exigua eſt virtus preſtare ſilencia rebus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

At contra grauis eſt culpa tacenda loqui
Qui nimiū lingue verborum laxat habenaꝫ
Contrahet ille notam peccati puluere plenam
Pauca loquaris age/ qui garrit habetur ineptus
Qui ſapit ille parum garrulitatis habet — Querculꝰ
Sepius obliti quidam dixere tacenda
Et nimius lingue prodidit vſus eos
Verbi principium verbi quoqꝫ conſpice finem — Pāphilꝰ
Vt melius poſſis premeditata loqui
Nec nimium taceas nec verba ſuperflua dicas
Omne ſuperuacuum pleno de pectore manat — Oracius

Q conſiderandū ſit/ q̃d ⁊ de q̃/ et cui loq̃mur. c. xxvi

Quid de quoqꝫ viro/ et cui dicas ſepe videto — Idem.
Qualem cōmēdes/ etiā atqꝫ etiā inſpice ne mox
Incuciant aliena tibi peccata ruborem
Fallimur et quēdam non dignū tradimus/ ergo
Quē ſua culpa premit deceptus omitte tueri
Parce laudato/ nam quē tu ſepe probaris — Catho.
Vna dies qualis fuerit monſtrabit amicus
Sed fortaſſis adhuc veniet tempuſqꝫ locuſqꝫ — Pāphilꝰ
Quo ſe monſtrabit quiſq̃s amicus erit

De vitanda leuitate mentis Capitulum. xxvij.

Laudaris q̃cumqꝫ palam/ q̃cumqꝫ probaris — Catho.
Hoc vide ne rurſus leuitatis crimīe dampnes
Sperne repugnando tibi tu cōtrarius eſſe
Conueniet nulli q̃ ſecum diſſidet ipſe
Sacrilegos animus ſtabili q̃s federe iunget — Otto
Hic cum corde ſuo qui diſſidet/ et furiarum
Intus habet calamum cū nullo pace fruetur
Nulli conueniet ſibi q̃ contrarius ipſi — Hinricꝰ
Exſtat/ vt vnde calor prodijt inde gelet

*De ſecretis celandis· Capitulū·xxviij·

QVi celat regum ſecreta meretur amorem
Qui fraudes agitat ſocij ſecreta reuelat
Qui ſine fraude manet commiſſa tegens homo celat
Catho Productus teſtis ſaluo tamen ante pudore
Quātumcumqꝫ potes celato crimen amici
Nam nulli tacuiſſe nocet / nocet eſſe locutum
Quod pudeat ſocios prudens celare memento
Ouidius Et quecumqꝫ adeo p̄ſſunt afferre pudorem
Illa tegi ceca condita nube decet
Oracius Archanumqꝫ teges / et vino tortus et ira
Gñ·fil· Alta volunt ꝓpria ſub maieſtate latere
Non tuto veniunt ad populare palam
Aurora Que patuere tuis oculis / qui ſunt tibi teſtes
Fratris ſecreta cito ne cuiq̄ manifeſtes
Nam nūq̄ recipit emiſſus ſermo medelam
Si ſemel in fratrem profers ex ore tutelam·

Cui committenda ſint ſecreta· Capitulū·xxix·

Catho COnſilium archanū tacito cōmitte ſodali
Oracius Percōtatorem fugito nam garrulus idem eſt
Nec retinent patule commiſſa fideliter aures
Et ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum
Querulꝰ Qui tacet eſt melior·:· Neſcit vox miſſa reuerti
·:Oraciꝰ Effluet in medium mala res commiſſa duobus
Hic taceat / lingue prodigus alter erit

Quꝫ dictis et factis aliorū nō ſit detrahēdū· Ca·xxx

Catho VLterius factum aut dictum / ne carpſeris vnq̄
Exemplo ſimili ne te derideat alter
Si potes ignotis etiam prodeſſe memento
Vtilius regno eſt meritis acquirere amicos

Q non ſint audiende detractiones Capitulū·xxxi·
NOn quid dicatur ſed cur/attendite nāqʒ Thobias
Quodlibet intitulat mens operantis opus
Non pateant faciles ſeuis rumoribus aures Proſp·
Que neſcire iuuat/credere non libeat
Nam fallit/quod ab hoſte uenit/ metuam9 vt ōnes Arator·
Hoc audire nefas ne corrūpamur amari
Melle doli/ſi vera canit qui falſa miniſtrat
Et facies iuſti que non eſt fronte ſerena Aurora·
Dirumpit lingue que detrahit atra venena
Q amici contra detractores ſunt defendēdi·c·xxxij·
HAc homini que vis ab eo fieri tibi·/ nūq̄ Aurora·
Caſibus inſultes quos potes ipſe pati ·Ouidi·
Vt penitus notuʒ ſi temptent crimina ſerues Oracius
Tuteriſqʒ tuo fidentem preſidio/qui
Dente theonino cum circūrroditur/et quid
Ad te poſt paulo ventura pericula ſentis
Nam tua res agitur paries cum proximus ardet
Et neglecta ſolent incendia ſumere vires
Q nō ſit dāda occaſio detractioni· Capitu·xxxiij·
NOs o patricius ſanguis quis viuere fas eſt Perſius
Occipiti ceco et poſcite occurrite ſanne
Viuendum recte cum ꝓpter plurima/tunc hijs Iuuenal·
Precipue cauſis vt lingua mancipiorum
Contempnas/nam lingua mali pars peſſima ſerui
Sic teneros animos aliena obprobria ſepe Oracius
Abſterrent vicijs/ex hoc ego ſanus ab illis
Haut cuiuis promptū/murmur/humileſqʒ ſuſurros Perſius
Tollere vel prauas hominū cōpeſcere linguas
Q iuſti non debent curare verba prauorū
Capitulum·xxxiiij·

Catho Cum recte viuas ne curas verba malorum
Arbitrij noſtri non eſt ꝙ quiſqꝫ loquatur
Ne cures ſiquis tacito ſermone loquatur
Conſcius ipſe ſibi de ſe putat omnia dici
Ouidius Conſcia mens vt cuiqꝫ ſua eſt/ ita concipit intra
Pectora/ pro facto ſpēqꝫ metumqꝫ ſuo
Conſcia mens veri/ fame mendacia ſpernit
Sed nos in vicium credula turba ſumus

De fugienda triſticia. Capitulum.xxxv.

Aurora Triſte cor ad mortis te cogit currere metas
Spiritus exultans facit vt tua floreat etas
Pāphilꝰ Parce iuuentuti/ complectere gaudia vite
Leta decet letis paſcere corda iocis

Qꝫ proximi per doctrinaz ſūt edificādi. Ca.xxxvi.

Zozimas Quam bene narratur quo proximus edificatur
Pāphilꝰ Excitat interdum facundia dulcis amorem
Et mulcens animos mitigat illa feros
Aurora Fons eſt et vena vite/ dulcedine plena
Lingua viri docti/ que ſe rationis habena
Dirigit et vite celeſtis guſtat amena

De malis conuertendis. Capitulum.xxxvij.

In eodem Verte malos nec erunt quia ſi vertatur iniquus
Ad dominū/ peccata cauens fit eius amicus

De fraudibus potentum. Capitulū.xxxviij.

Pāphilꝰ Plebs timet ingenio ſuperari ſepe potentum
Iura cadunt cauſa pauperis exigua
Eſt et vbiqꝫ fides priſco viduata colore
Que tegitur ſceleris artibus innumeris
Nam dolus inſidias tendit vbiqꝫ ſuas
Eſt ſcelus immenſum ſi diues fallat egenum
Henricꝰ Conſortes pauci/ comites multi/ via multos

Vna capit/paucis permanet vna fides
Qui me leſit/item ledet/ſi ledere poſſit — Eſopus.
Expedit infido non iterare fidem
Qui nocuit primo vult poſſe nocere ſecundo
Que dedit infidus mella venena puto
Non bonus eſt ciuis qui prefert ciuibus hoſtem
Taliter ſeruit nemo duobus heris
Spernere quod ꝓſit/et amare quod obſit ineptū eſt
Quod fugimus prodeſt/et quod amamus obeſt

Quod praui mala pro bonis reddāt. Capitulū.xxxix

Nil prodeſt prodeſſe malis/mens praua malorum — Idem.
Immemor accepti non timet eſſe boni
Reddere gaudet homo nequā pro melle venenum
Pro fructu penam/pro pietate dolum
Eſt aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas — Ouidius.

Quod in omni opere conſideranda ſit intentio. Ca.xl.

Nemo licet proſit/niſi vult prodeſſe/meretur — Eſopus
Nam prodeſſe poteſt hoſtis obeſſe volens
Nil ornat factum niſi facti ſola voluntas
Non operis fructum ſed noto mentis opus
Nam quorumcꝫ :. operum delectur gracia menti — ?. Eſopus
Non operi cordis intencio iudicat omnes
Si facti bona ſit intencio tota nitebit — Autorm.
Actio/ſi mala ſit omne nigreſcit opus
Nam quicūqꝫ alium molitur ledere/primū — Proſp.
Ipſum ſe/iaculo percuciat proprio
Nec fugit infecti ſceleris mens praua reatum
Cui nimis hoc ſolum quod voluit nocuit

De falſis teſtibus. Capitulum.xli.

Qui didicit ſimulare nefas pro tempore/fraudi — Otto.
Conſtruit inſidias/fallentem fallere cautus

Eſopus Sepe fidem falſe mendicat / inepcia teſtis
Sepe dolet pietas criminis arte capi
∴ Queru Fraude tegit fraudes qr ∴ fraus niſi fraude tegat
Nulla valere poteſt fraus perit arte carens
Otto ¶ Qr ſepe aliq̄s patit͛ mala q̄ alij fraudulēt͛ irrogat
Ocere ſummi metuendā numinis irā ¶ Ca. xlij.
Que ſic iudicio vindictas explicat equo
Diſcat vt in domini caput acta redire ſecuris
Et qua quis nocuit pena plectatur eadem
Quilibet intentus fraudi ſic ſepe ruinam
Virgili9 Quā dictat patitur ∴ ſua cuiqʒ exorſa / laborem
Fortunam ve ferent ∴ et quo ferit enſe feritur
Otto Auctorem perſepe ſuum fraus fraudat et in ſe
Labe ſua colliſa ruit / cui debita merces
In laqueum non ſponte cadit / quē ſponte tetendit
Ganfrid Fraudis in auctorem ſimili pede fraude reuerſa
Lex eſt equa / dolum referire dolore dolorem
In caput vnde fuit egreſſus habere egreſſum
Sepe ſagittantem didicit referire ſagitta
Inqʒ reum plage conuerſa recurrere plaga
Sic plerumqʒ dolus proprijs eliditur armis
Otto Et que quis dictat alijs mala / claudicat hijſdem
Tinnitus vocum quas accipit echo remittit
Sic pereant / qui ſe prodeſſe fatentur / et obſunt
Eſopus Diſcat in auctorem pena redire ſuum
Fine malo claudi mala vita meretur / iniquus
Qua capit inſontes / ſe dolet arte capi
¶ Qr q̄ aliū ad malū hortat͛ puniēd9 ē vt opator. c. xliij
Qui monet vt facias qd iaʒ facis / ille monendo
Ouiiud9 Laudat / et hortatu comprobat acta ſuo
Alanus Nam licet ipſe nichil poſſis temptare nec auſus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Deuior hic/alios q facis eſſe reos
Non refert/an ſis mediata vel immediata Henric9
Cauſa mali/ſola lex ad vtrumqz facit.

De benefaciendo inimicis. Capitulum. xliiij

SI tuus eſuriens eſt aut ſiciens inimicus Aurora.
Eſcas offer ei/da potum ſicut amicus
Ignis carbones ſupra caput huic ita pones
Hic ſit vt illius mens frigida/ſepe calore
Diuino feruens igneſcat fratris amore

De duobus preceptis caritatis. Capitulū. xlv

EſT geminus legalis amor.·.dilectio prima ē .·.Arator
Que dominū vehemēter amat/ cui deinde ſecūda
Que ſociat mortale genus/tamē incipit ante
Poſterior numero/ſequitur comitata ſecunda
Que prior eſt/ſic forma docet/niſi diligis inquit
Cernere quē potis es fratrem/quē cernere nō eſt
Neſcis amare deum/concordia nexa caleſcat
Ergo pari voto dominūqz in pectore condat
Fratris amor/gemine ſibi ſit ſubſtancia cauſe

Explicit liber tercius.

Incipit liber Quartus de ira Diffinicio Ire. Ca. p.

Ira furor breuis eſt Inuoluens turbine mentem Oracius

De iudicio Ire. Capitulum. ij.

ORa tument ira nigreſcunt ſanguine vene Ouidi9.
Lumina gorgoneo ſeuius igne micant

Qualiter in facie perpenditur affectus interior. Ca. iij.

HEu q̄ difficile eſt/crimen non prodere vultu Item.
In facie legitur hominis ſecreta volūtas
Eſt facies animi lingua ſecunda ſui
Certe difficile eſt abſcondere pectoris eſtus Maxim9
Panditur et clauſo ſepius ore furor